

nium quæ ab uno facta sunt, et ad vnum referuntur, quæ tamen oia nec fierent à patre per filium, neq; suis finibus salua essent, nisi Deus summe bonus esset, qui et nulli nature, quæ ab illo bona esset, inuidit, et vt in bono ipso maneret, alia quantũ vellet alia quãtum possët, dedit, quæ bonitas intelligitur spiritus sanctus, qui est donum patris et filii. Quare ipsum donum Dei cum patre et filio equè incommutabile colere et tenere nos conuenit. Per considerationem itaq; creationem vnius substantiæ. Trinitatẽ intelligimus, s. vnum Deũ patre, à quo sumus, et filium, per quem sumus, et spiritum sanctum, in quo sumus, s. principium ad quod recurrimus, et formam quam sequimur, et gratiam qua reconciliamur, vnum s. quo auctore conditi sumus, et similitudinem eius, per qua ad vnitatem reformamur, et pacẽ, qua vnitati adheremus s. Deũ qui dixit, Fiat lux, et verbum, per quod factum est omne, quod substantialiter et naturaliter est, et donum benignitatis eius qua placuit quod ab eo per verbum factũ est, et reconciliatum est auctori, vt non interiret. Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus imago Trinitatis indicatur, non n. per creaturarum contemplationem sufficiens noticia Trinitatis potest haberi, vel potuit, sine doctrinæ uel interioris inspirationis reuelatione. Vnde illi antiqui, philosophi quasi per vmbra et de longinquo viderunt, deiciẽtes in contuitu Trinitatis, ut Magi Pharaonis in tertio signo. Aduuamur tamen in fide inuisibilem, per ea quæ facta sunt.

Gene. 1. a.

Gen. 3.

*Quomodo in anima sit imago Trinitatis.* G

N V N C verò ad eam iam perueniamus disputationem, vbi in mēte humana quæ nouit Deũ, uel potest nos se Trinitatis imaginẽ representamus. Vt. n. ait August in 14. libro de Trinitate. Licet humana mēs nō sit eius nature, cuius Deus est imago tamen illius, quo nihil melius est, ibi querēda et inuenienda est, quo natura nostra nihil hēt melius. i. in mente. In ipsa etiã mente antequã sit particeps Dei, eius imago reperitur, etsi. n. amissa Dei participatione deformis sit, imago Dei tamen permanet. Eo. n. ipso imago Dei est mēs, quo capax eius ē, eiusq; particeps esse pōt. iam ergo in ea Trinitatẽ, quæ Deus est, inquiramus.

Cap. 3.